



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

Syllabus Sectionum, Capitum, Paragraphorum, Et Quæstionum In Hac Altera Parte Contentarvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)



SYLLABUS  
SECTIONUM, CAPITUM, PARAGRAPHORUM, ET QUÆSTIONUM  
IN HAC ALTERA PARTE CONTENTARVM.

**PARS ALTERA**

De Provisione & acquisitione beneficiorum.

**CAPVT PRÆAMBVLVM**

De modis providendi, & acquirendi beneficia in genere.



*Questio 1.* Quotupliciter acquirantur beneficia.

*Questio 2.* Quibus modis acquiratur beneficium actu, seu ius in beneficio.

*Questio 3.* Quibus modis acquiratur beneficium in potentia, seu ius ad beneficium.

*Questio 4.* Quid sit electio & confirmatio.

*Questio 5.* Quid sit presentatio, & qualiter hoc nomen saepe confundatur cum aliis modis acquirendi beneficium.

*Questio 6.* Quid sit institutio, correlativum presentationis, & qualiter confirmatur cum aliis modis providendi de beneficiis.

*Questio 7.* Quotuplex sit institutio.

*Questio 8.* Quid sit collatio proprie talis, & qualiter hoc nomen competat quoque aliis modis providendi de beneficiis.

*9.* Quid sit investitura

*10.* Quid sit nominatio.

**SECTIO PRIM A.**

De provisione beneficiorum, & acquisitione per presentationem & institutionem.

**CAPVT PRIMVM.**

De Iurepatronatus.

**PARAGRAPHVS I.**

De natura & divisione iurispatronatus.

*11.* Quotupliciter in iure accipitur nomen patroni, & iurispatronatus.

*12.* Quid sit iurispatronatus, de quo hic, & quotupliciter consideretur.

*13.* Iurispatronatus, & ius presentandi qualiter differant.

*14.* Iurispatronatus quotuplex sit.

*15.* Quid sit iurispatronatus Ecclesiasticum.

*16.* Quid sit iurispatronatus laicale.

*17.* Quid sit iurispatronatus mixtum.

*18.* An patronatus coalescens ex laicis & Ecclesiasticis, quo ad iura & effectus censendus sit laicus, an ecclesiasticus.

*19.* An igitur dum iurispatronatus est Ecclesiastici & laici, & facta est conventio seu concordia de alternis vicibus presentando, in turno Ecclesiastici censeatur ecclesiasticum, in turno laici laicale.

*20.* Quid sit iurispatronatus hereditarium, & qualiter presumatur tale in dubio.

*21.* Quid sit iurispatronatus gentilitium seu familiare, qualiter hac qualitas patronatus imprimi possit, & perseveret, aut transeat.

*22.* Quid sit iurispatronatus mixtum ex gentilitio & hereditario.

*23.* Qualiter iurispatronatus de hereditario efficiatur gentilitium & contra, vel etiam mixtum.

*24.* Quid sit iurispatronatus personale & reale.

*25.* An, & qualiter ius patronatus sit quid spirituale.

*26.* An nihilominus, & quare, si spirituale non est iurispatronatus, de eo cognoscere nequeat iudex laicus.

*27.* An igitur, & cur vendi non possit iurispatronatus, & in ista venditione committatur simonia.

*28.* Iurispatronatus qualiter reputetur gratia.

**PARAGRAPHVS II.**

De iurispatronatus efformatione, seu prima acquisitione.

*29.* Iurispatronatus unde & qualiter ortum, seu introductum.

*30.* Quot modis nascatur, seu primo acquiratur iurispatronatus.

*31.* Qualiter ex causis pluribus simul acquiratur iurispatronatus.

*32.* An etiam ex fidei commissis fidei commissarius acquiratur iurispatronatus.

*33.* An ex predictis causis acquiratur iurispatronatus in Ecclesia regulari.

*34.* An



34. An etiam in altari jam ab alio exstructo possit in abstracto fundari nova capellania, & in ea ratione huius foundationis seu dotationis reservari patronatus.
35. An acquiratur iuspat. ei, qui fundavit vel construxit, dum is illud expresse sibi non reservavit in fundatione.
36. An & qualiter ad hoc, ut iuspat. acquiratur ex fundatione, constructione, dotatione requiratur consensus Ordinarii.
37. Quis hic veniat nomine Ordinarii, potentis auctorizare reservationem iuris, sive cuius consensus requiratur ad acquirendum iuspat.
38. Dum Episcopus ipse vult fundare beneficium iuris, ad sui favorem, reservando illud sibi, an adhuc opus alterius quam Episcopi fundantis consensu.
39. Ex qua fundatione acquiratur iuspatronatus.
40. Qualiter acquiratur iuspatron. ex adificatione.
41. An, dum quis construxit Ecclesiam in fundo alieno in viro vel in scio Domino, constructori acquiratur iuspatron. an Domino.
42. Qualiter acquiratur iuspat. dotatione.
43. An etiam in dotatione facta Ecclesiae jam constructae & consecratae, dum esset sine dote, acquiratur iuspatron.
44. An, & qualiter ex augmento dotis acquiratur iuspatron.
45. An, & qualiter iuspatron. acquiratur ex privilegio.
46. An ex privilegio concedi possit iuspat. ab Episcopo.
47. An & qualiter iuspat. acquiri possit per praescriptionem.
55. An publicatis & fisco addictis omnibus bonis patroni ob crimen, iuspat. transeat ad fiscum, an maneat apud filium illum, aut heredes.
56. An & qualiter iuspat. hereditarium per hereditariam successionem transire possit ad monasterium seu religionem.
57. An iuspat. transferatur cum hereditate sine consensu Episcopi.
58. An quasi possessio iuris, seu presentandi, qualem habet patronus putativus, & qualis acquiri potest ex unica presentatione, transeat ad heredes absque nova approbatione.
59. Qualiter descendit a patrono deducatur in patronatu tam gentilitio simplice, quam mixto.
60. Iuspat. gentilitium qualiter deferatur gentilibus.
61. An, & qualiter in iurep. gentilitio admittantur, & succedant illegitimi.
62. Qualiter iuspat. transferatur donatione.
63. Qualiter praesumatur, & qualiter, & a quo praesumatur queat consensus Episcopi ad donationem iuris, requisitus.
64. An patronus donare vel legare possit iuspat. cui ei placuerit.
65. An, dum patronus donat iuspat. extraneo, consecratur illi donasse cumulatim, an vero privatim.
66. Qualiter transferatur iuspat. per permutationem.
67. Qualiter transferatur iuspat. per venditionem.
68. An, si contra iuris prohibitionem vendatur ipsum iuspat. talis venditio sit valida.

## PARAGRAPHVS IV.

De subiecto iuris & de iis, qui praesentare possunt.

- PARAGRAPHVS III.
- De iuspatron. jam constituti in alios translatione.
48. **Q**uot modis iuspat. ab uno in alium transferri possit.
49. Iuspat. hereditarium ad quos heredes, & qualiter transeat.
50. An iuspat. hereditarium transeat ad fidei commissarium, vel usufructuarium universalem.
51. An iuspat. transeat ad creditorem, cui datum sit pignus universitatis bonorum, in qua existit iuspat.
52. An iuspat. transeat ad conductorem castrum, cui annexum.
53. An castrum aut bonis sequestratis, quibus annexum iuspat. illud transeat ad sequestrum, ita ut is, si durante sequestro vacaverit beneficium, cuius presentatio ad sequestrata bona pertinebat, possit presentare.
54. An iuspat. transeat in feudatarium vel Emphyteutam, dum castrum, cui annexum, in feudatur, vel datur in emphyteusim.

69. **A**n pagano & Iudeo adificanti v. g. Ecclesiam, vel eminenti castrum, cui iuspat. annexum est, competere possit iuspat.
70. An haereticus capax sit iuris.
71. An iuspat. competere possit infanti & pupillo.
72. Quid hac in parte dicendum de impubere, minore, filio familias.
73. An, & qualiter patronatus competens uxori, & hinc potestas presentandi transeat in maritum, seu ab eo participetur.
74. An illegitimo, & maxime spurio, aut etiam irregulari competere possit iuspat. & presentare.
75. An & qualiter excommunicatus sit capax iuris & presentandi.
76. An possessor iuris, cui verè dominium illius non competit, obtineat iura patronatus, etiam post contestatam litem super proprietate iuris.
77. An & qualiter ius presentandi ad Praelaturas Ecclesiarum conventualium, aut Collegatarum haberi possit per laicos.

PARA-



## PARAGRAPHVS V.

Qualiter ius patron. probari debeat, & de eo constare, ut admittatur quis ad presentandum?

78. **Q**uotuplex sit probatio iurisp. tam ex privilegio, quam ex iure communi habiti.
79. Quot modis probandum sit iure novo Tridentini iussu quo ad proprietatem.
80. Qualiter probetur iussu privatorum per authenticum documentum.
81. Qualiter iussu privatorum ex fundatione vel donatione probetur, ex presentationibus multiplicatis per antiquissimum cursum temporis.
82. Qualiter praeterea probari possit iussu privatorum ex fundatione vel donatione.
83. Quando nam necessaria probatio iurisp. plena, & quando sufficiat semiplena.
84. Quo ad probationem iurisp. illorum, in quibus plerumque praesumitur usurpatio, in quo fundetur illa praesumptio, & quanam tales censentur.
85. Quis modus probandi iussu ex fundatione, donatione dictarum personarum, in quibus est praesumptio usurpationis.
86. An in nullo casu admitti, & sufficere possit dictarum presentationum continuatarum probatio per testes.
87. An facta probatione iurisp. iuxta decreta Trident. & presentato per patronum admissio ab Ordinario, si in sequentibus vacationibus dubitetur de validitate iurisp. patronus possit repelli a sua quasi possessione & presentatione, teneaturque ante presentationem de novo probare titulum.
88. An opus istis rigorosis probationibus, & inter dispositio concilii, dum iussu non adversus Ecclesiam, sed adversus alium patronum probandum.
89. An opus rigorosis illis probationibus requisitis ad probandum iussu personarum, in quibus praesumitur usurpatio, dum cum tali persona concurrat alia persona, in quam non cadit praesumptio talis.
90. An rigorosa illa forma conciliaris probandi necessaria quoque sit ad effectum etiam iuris honorifici.
91. Qualiter doceatur, acquiratur, conservetur, & operetur possessio presentandi, de qua non secus ac de existentia iuris patronatus docendum est ad effectum obtinendi institutionem presentati.
92. Quid probare debeat pretendens iussu hereditarium, quid mixtum, quid pretendens gentilitium.
93. Qua pretendens iussu in augmento dotis iustificare teneatur in ordine ad evitandam reservationem, & derogationem apostolicam.

P. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

## PARAGRAPHVS VI.

Quid possit, vel non possit Patronus.

94. **A**n patronus possit beneficii leges alterare, vel novas inducere.
95. Quid iuris & potestatis habeat patronus circa res temporales Ecclesiae usurpandas & curandas.
96. Quid possit patronus circa ponendum custodem, instituendum vel destituendum Rectorem, & circa precipiendum Rectori.
97. Quid possit patronus circa electionem praelati in Ecclesia collegiata vel conventuali.
98. An, & qualiter patronus presentare possit, dum beneficium adhuc est plenum, seu ad vacaturum.
99. Quid possit patronus quod ad constituendum procuratorem in ordine ad presentandum.

## PARAGRAPHVS VII.

De commodis & praerogativis patronatus.

100. **A**n & qua temporalia ratione iurisp. sibi competentis exigere possit patronus ab Ecclesiis, vel etiam presentatis.
101. An & qualiter Patronus circa commoda temporalia, quae iuste percipere potest, possit disponere.
102. Quae sint commoda Patroni ordinaria.
103. In quo consistat debita Patrono honorificentia.
104. An illa honoris praerogativa extendat se ad jus sepulturae.
105. Qualiter alimenta praestanda Patrono.
106. Quae conditiones requirantur & iustificentur in & a patrono, ut alimenta petere & percipere possit.
107. An, & qua actio competat inopi patrono ad petenda alimenta.
108. Ad quae requirendus & obtinendus consensus patroni.
109. Qualiter vacante beneficio iurisp. patronus vocandus, eiusque voluntas exquirenda.
110. Quae pena statuta gravantibus patronos ob certam personam non presentatam.
111. Quid possit patronus quod ad constituendum procuratorem in ordine ad presentandum.

## PARAGRAPHVS VIII.

De derogatione & amissione iuris patronatus.

112. **A**n Papa derogare possit iuris patronatus, cuiusque, & disponere pro libitu suo de beneficiis iurisp.
113. An nuncius Apostolicus, vel etiam Episcopus, derogare possit iuris patronatus.
114. Qualiter, & quando Papa consueverit absolute derogare iuris patronatus laicorum.
115. An, & qualiter Papa derogat patronatibus ecclesiasticis.

\* 2 116. An



116. An, & quibus patronatibus derogaverit, eos abrogando, Tridentinum.  
 117. An iusp. cadat sub reservationes apostolicas.  
 118. An etiam patronatus concessi per privilegium ex causa onerosa, nimirum ex aucta dote, saltem ad medietatem, tamen si preservati à concilio Trid. cadant adhuc sub reservationes apostolicas.  
 119. An, & qualiter de facto censeatur derogatum iurip. per collationem beneficii factam à Papa.  
 120. Quibus modis extinguatur iusp.

## CAPVT SECVNDVM.

## De Præsentatione ipsa.

## PARAGRAPHVS I.

De effectu & modo præsentationis faciendæ & admittendæ.

121. **Q**uale ius præsentato conferat præsentatio.  
 122. Quid requiratur, ut præsentatio præsentato tribuat ius ad beneficium.  
 123. Coram quo fieri debeat præsentatio.  
 124. An ad validam præsentationem requiratur, ut fiat per patronum corporaliter præsentem habenti instituire.  
 125. An ad validitatem præsentationis requiratur, ut præsentandus corporaliter exhibeatur, & listatur præsens habenti instituire.  
 126. In qua forma debeat fieri præsentatio, an scripto an per libellum, vel oretenus, vel certâ formâ verborum.  
 127. An, & qualiter præsentatio possit esse conditionata.  
 128. An, & qualiter præsentatio facta pro forma requirat examen præsentati.  
 129. An præsentatio vitietur, si patronus dicat; eligo Titium in præsentandum.  
 130. Qualiter præsentatio ex præscripto fundationis, aut aliâs faciendâ coram Papa, fiat.  
 131. Qualiter, dum plures sunt patroni, faciendâ & admittendâ præsentatio.  
 132. An, & qualiter præsentatio admitti debeat àb habente instituire.  
 133. Quid agendum, dum habens instituire non admisit præsentationem, vel eam rejecit.  
 134. An, & qualiter præsentatus legitime possit renunciare.

## PARAGRAPHVS II.

De tempore, quo vel intra quod faciendâ præsentatio.

135. **I**ntra quod tempus fieri debeat præsentatio.  
 136. An sufficiat, patronum intra tempus sibi datum ad præsentandum præsentasse à se delectum Ordinario, ut examinetur, dum institutio faciendâ est per inferiorem.

137. An, & à quo concessum ad præsentandum à jure tempus abbreviari, aut prorogari possit.  
 138. Quo tempore intra quadrimestre vel semestre datum ad præsentandum fieri possit præsentatio.

139. Quomodo computetur dictum tempus.

140. Qualiter dictum tempus, quod aliâs per se loquendo currit continuum, seu est continuum, & non utile, non currat patrono impedito.

141. An, & qualiter currat patroni dictum tempus, dum intra illud nominatus ab illis intra idem tempus non consensit, vel renunciat facte de se præsentationi, aut diem suum obit, aut oscultum ejus vitium detegitur, ob quod præsentatio facta irritatur.

142. A quo die incipiat patrono currere tempus, dum præsentatio faciendâ ad beneficium à primâ erectione vacans, siue cui primâ vice, seu primus à fundatione Rector dandus.

143. An præsentatio fieri possit post terminum edicti, & quomodo sustineatur facta pendente termino edicti.

144. An patronus possit præsentare ante obitum beneficiati, seu antequam vacet beneficium.

## PARAGRAPHVS III.

De mutatione & variatione præsentationis factæ.

145. **A**n, & qualiter liberum sit patrono in præsentatione variare.

146. An post obitum præsentantis, factâ jam ab eo præsentatione, patronus successor variare possit.

147. An permissum patronis laicis dicto modo variare licet pendente.

148. An locus quoque sit dictæ variationi cumulativa in patronatu mixto.

149. Quid si juraverit patronus, se non velle variare præsentationem, an poterit adhuc postmodum præsentare valide.

150. An etiam simplex promissio de non variando invalidet secundam præsentationem.

151. An, si quis retento patronatu cesserit jure præsentandi, possit dicto modo variare.

## PARAGRAPHVS IV.

De personis præsentandis.

152. **A**n, & qualiter patronus præsentare debeat habilem.

153. An, quando, qualiter patronus privetur jure præsentandi ob præsentatum inhabilem.

154. Qualiter patronus teneatur præsentare digniorem.

155. An, & qualiter, etiam, dum unus patronorum præsentat indignum, devolvatur collatio ad Superiorem.

156. An, & qualiter patronus præsentare debeat proximiorum.



157. An ad beneficium, quod fundator reliquit pro suis consanguineis, presentari possit illegitimus, aut illud conferri illegitimo, si is alias habilis est, & ad beneficia Ecclesiastica obtinenda dispensatus.
158. An, & qualiter presentandus debeat esse clericus, & incedere in habitu clericali.
159. An, & quando presentatus habere debeat aetatem requisitam a Triad. ad consecutionem beneficii, ad quod presentatur.
160. An, & quando minor 14. annis presentari possit.
161. Quae aetas requiratur in presentando ad beneficium curatum, aut non curatum sacerdotale.
162. Presentandus ad beneficium sacerdotale, an & quando debeat esse actu sacerdos.
163. Presentatio illiterati quando nam sit iure ipso irrita.
164. An patronus, dum idoneus est, presentare possit seipsum per se, vel per alium ad beneficium sui juris patron.
165. An procurator aut alius a patrono substitutus possit seipsum presentare.
166. An patronus possit presentare filium suum.
167. An donatarius possit presentare donantem iuripat.
168. An presentatus in valide ob crimen, emendatus dein, possit presentari denuo.

CAPVT TERTIVM.

De institutione.

PARAGRAPHVS I.

De habente instituere.

169. **A**N, & qualiter Episcopo competat jus instituendi presentatos a patronis.
170. An, & qualiter instituere competat capitulo, sede vacante.
171. An, & qualiter instituere competat Vicario Episcopi.
172. An, & qualiter instituendi jus competat alii Episcopo inferioribus.
173. An instituere possint Abbatissae & Priorissae.
174. An, & qualiter potestas instituendi competere possit laico.
175. An, & qualiter valeat institutio facta ab inferiore existente in quasi possessione, etsi revera a parte rei non habeat jus instituendi.
176. An, & qualiter reservecur institutio Papae, & qualiter is tunc procedat in institutione.
177. Qualiter, & ad quos devolvatur jus instituendi.

PARAGRAPHVS II.

De necessitate, modo, ac tempore faciendae institutionis.

178. **A**N, & quando institutio sit debita presentato.
179. Qualiter subveniat, si negetur aut differatur institutio.
180. An per appellationem suspendatur executio institutionis.
181. An, & qualiter institutio sit irrita, si facta neglecto presentato, vel etiam absque consensu & presentatione patroni.
182. Cum quibus qualitatibus fieri debeat institutio, & quae inutiliter ei adjiciantur conditiones.
183. An, & qualiter institutio fieri possit extra territorium.
184. Qualiter facienda institutio dum ex diversis qualitatibus spectat ad eundem presentare & instituere.
185. An, & qualiter institutioni praemittendum examen & approbatio.
186. An ad valorem institutionis requiratur scriptura, seu litterae institutionales, opusque sit certa ceremonia.
187. An canonicè institutus, etiam verbaliter solum, statim capere possit possessionem, administrare, &c.
188. An, si quis semel presentatus coram Episcopo, & dein coram alio inferiore, ab eodem patrono, possit regredi ad priorem presentationem, & di illius valide institui.
189. Intra quod tempus fieri debeat institutio.
190. An institutio fieri possit diebus festis, vel etiam post obitum presentantium.
191. An institutio fieri possit post lapsum terminum edicti, & sic facta sit nulla.
192. An necessario, qualiter, quo fine & ordine, ad quem effectum ante institutionem praemittendum edictum.

PARAGRAPHVS III.

De personis instituendis.

193. **Q**uando nam in potestate institutoris sit gratificari uni ex presentatis praetio.
194. An, & quando Institutor possit instituere alium a presentatis.
195. Quis institui debeat ex pluribus, si ve simul si ve successive presentatis inaequaliter, hoc est, non habentibus paria patronorum suffragia.
196. Quid si presentetur habens jam beneficium incompatible cum eo, ad quod presentatur.
197. Quis instituendus, dum unus presentatus est ab existente in quasi possessione presentandi, alter a proprietario: unus a marito, alter ab uxore; unus a pupillo, alter a tutore.



## SECTIO SECUNDA.

De provisione & receptione beneficiorum per postulationem, electionem, confirmationem.

## CAPVT PRIMVM.

De postulatione.

## PARAGRAPHVS I.

De postulationis natura, divisione, causa, & effectu.

198. **Q**uid sit, seu qualiter definienda postulatio proprie ac strictè talis.
199. *An, & in quo potissimum differat postulatio ab electione.*
200. *Qualiter postulatio differat à nominatione.*
201. *Quotuplex sit postulatio.*
202. *Quis sit finis, & causa motiva postulationis solennis.*
203. *Quis sit effectus postulationis.*

## PARAGRAPHVS II.

De modo, seu forma faciendæ & publicandæ postulationis, & de consensu postulati.

204. **A**n, & qualiter postulatio faciendâ dependeat ab electione.
205. *An forma eligendi per scrutinium præscripta in c. quia propter. de elect. servanda quoque sit in postulatione solenni.*
206. *Qua forma postulandi sint jure prohibita, ita ut, si sub illis facta sit postulatio, ea ipso jure sit irrita.*
207. *An saltem fieri possit postulatio sub hac forma: eligo, & postulo, prout melius de jure valere potest; dum dubitatur, an quis sit eligendus, an postulandus.*
208. *An, & quale esse debeat decretum postulationis scriptum, quod ad Superiorem, potentem admittere postulationem, transmittitur.*
209. *Quot requirantur suffragia postulantium,*

*ut postulatio sit valida, & à Superiore admittenda.*

210. *Quid, si postulatio facta à duabus partibus, sed qua postularunt indignum?*
211. *An, & qualiter postulatio sit nulla, dum aliquis vocandus contemptus fuit.*
212. *An, & qualiter postulantibus variare possint, & resilire à postulatione jam facta.*
213. *Quid si postulatus fecit impensas aliquas de consensu postulantium, an tenebuntur postulantibus eas refundere, dum à postulatione recedunt.*
214. *An, & qualiter postulatio jam facta sit publicanda.*
215. *An, & intra quod tempus postulantibus teneantur præsentare postulato postulationem de eo factam, & hic explicare mentem suam circa illam.*
216. *An, & qualiter postulatus consensum suum postulationi suæ debeat, aut possit præstare.*

## PARAGRAPHVS III.

De iis, qui postulare, & postulari possunt.

217. **Q**uamvis postulare possint.
218. **Q**uamvis postulari possint, vel non possint.
219. *Quæ sint pæna postulantium scienter indignum ob impedimentum seu defectum absolute indispensabilem.*
220. *An, dum capitularium aliqui ob dictam causam ipso facto privati sunt potestate eligendi, tota hæc potestas ad alios, qui indigna tali postulationi non consenserunt, sed expressè contraxerunt, licet numero sint pauciores, devolvatur.*
221. *An Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, &c. eligi nequeant, sed debeant postulari ad aliam Ecclesiam.*
222. *Quid in hoc puncto dicendum de Cardinalibus non Episcopis.*
223. *Quid dicendum de aliis Prelatis, tam regularibus quam secularibus, Episcopo inferioribus, puta Abbatibus, Archidiaconis, Præpositis, Prioribus, dum ad alterius Ecclesiæ dignitatem similem vel majorem sunt assumendi.*
224. *Quid dicendum de clericis non prelati unius diocesis assumendis ad dignitatem alterius diocesis.*
225. *Quid dicendum de religiosis assumendis ad prelaturas intra vel extra suum ordinem.*
226. *An, qui non est de corpore, seu capitulo, aut conventu Ecclesiæ vacantis, sed alterius, necesse*



## Syllabus Quaestionum.

esse habeat postulari, ita ut eligi nequeat in  
ejus praelatum.

227. An invalide electus ob defectum, quo labo-  
rabat, postulari dein possit.

### PARAGRAPHVS IV.

#### De admisione postulationis.

228. **A**d quem dirigenda postulatio, seu à  
quo petenda ejus admissio.

229. An teneatur Superior admittere postulatio-  
nem de cetero idonei factam legitime, hoc  
est, vel unanimiter, vel à duobus partibus  
capituli.

230. Qualiter ad admissionem postulationis pro-  
cedere possit ac debeat Superior, & quâ for-  
mâ uti in ea, vel etiam in rejectione postula-  
tionis.

231. An, & qualiter postulatus administrare  
possit praelaturam, antequam ejus postulatio  
admittatur.

## CAPVT SECVNDVM.

### De Electione.

### PARAGRAPHVS I.

#### De electionis natura.

232. **Q**uotupliciter usurpetur electionis no-  
men.

233. Qualiter electio accepta in strictissima sua  
significatione definiatur.

234. In quibus electio strictissime talis distin-  
guatur à collatione.

235. In quibus differat electio à presentatio-  
ne.

236. Qualiter electio differat à nominatio-  
ne.

### PARAGRAPHVS II.

#### De iis, ad quos spectat eligere, sive jure ordinario, sive speciali.

237. **A** quibus, & quomodo olim electi Epi-  
scopi.

238. Ad quos spectato jure communi per se  
primò & directe spectet electio Pralato-  
rum.

239. Quia hic intelligatur nomine collegii ec-  
clesiastici.

240. Quot persona requirantur ad constituen-  
dum primò collegium, conferendaque con-  
gregationi alicui jura collegii.

241. Quot persona sufficiant ad collegium jam  
constitutum, ejusque jura conservanda.

242. An jus eligendi competat ei, qui verè na-  
tus non est quasi dominium beneficii, sed so-  
lum possessionem cum bona fide, adeoque est  
solum in possessione juris eligendi.

243. An ius eligendi Pralatum aliis quoque cle-  
ricis, qui de collegio non sunt, competere pos-  
sit.

244. An saltem id vi privilegii vel consuetudi-  
nis competere possit clericis extraneis.

245. An ex pacto, seu voluntate eorum, ad quos  
ius eligendi spectat, clericis extraneis com-  
municari possit potestas eligendi.

246. An laicis secularibus competere possit jus  
eligendi Pralatos ecclesiasticos ex privile-  
gio.

247. An id illis competere quoque possit ex con-  
suetudine.

248. An id illis competere possit ex pacto.

249. An electio celebrata à clericis unà cum lai-  
cis sit irrita.

250. Penes quos sit jus eligendi, dum capitulares  
scienter elegerunt indignum, adeoque pro ea  
vice privati sunt potestate eligendi.

251. An illa pena privationis, adeoque devolu-  
tio juris eligendi non incurratur, nisi post-  
quam ex votis eligentium scienter indi-  
gnum, aut aliàs illegitime formatum est pu-  
blicum & capitulare decretum electionis,  
seu subsequuta electio communis.

252. An capitulares, ad quos propter delictum  
aliorum eligentium indignum, tota pote-  
stas eligendi pro ea vice devoluta est, possint,  
si velint, illos voce privatos admittere ad  
novam electionem.

253. Quid si aliqui eligentium indignum, id fe-  
cerunt ignoranter, an electio facta à ceteris  
eli-



## Syllabus Quæstionum.

eligentibus dignum, dum hi constituunt minorem numerum suffragantium, valebit, & promulgari possit.

### PARAGRAPHVS III.

De iis, qui etsi spectent ad collegium, prohibentur tamen eligere.

254. **Q**uamvis jure natura eligere vetentur.
255. Quid in hoc puncto dicendum de impubere.
256. Quid in hoc puncto sit circa surdos & cæcos.
257. An in Electore requiratur ordo sacer.
258. Quid si initio vacationis Ecclesie canonicus non sit in sacris, possit tamen esse in ius intra tempus constitutum electioni.
259. Quid dicendum in hoc puncto de eo, qui ex dispensatione Papæ, vel etiam absque ea, ante legitimam ætatem fuit ordinatus subdiaconus.
260. An dispensatus à Papa super ætate necessaria ad canonicatum eo ipso sit dispensatus, ut etiam si non sit in sacris, possit habere vocem in electione.
261. An legitime absenti competat jus suffragii.
262. Quinam in presenti materia habeantur adhuc pro presentibus.
263. An absentes, præciso privilegio vel consuetudine legitimam validè ferant suffragium per literas.
264. Quando absens suffragium suum ferre possit per procuratorem.
265. An potestas eligendi in absentia per procuratorem competat etiam regularibus.
266. Qualis debeat esse procurator ad eligendum.
267. Quid agere vel non agere quo ad electionem possit procurator.
268. An absens plures procuratores constituere possit, & quis eorum admittendus.
269. An excommunicato excommunicatione minore competat jus suffragii.
270. An illud quoque competat excommunicato excommunicatione majore, notorio quidem, tolerato tamen.
271. An nihilominus excommunicatus excommunicatione majore, toleratus tamen, possit per exceptionem repelli ab eligendo, quid efficaciam habeat hæc exceptio, & qualiter instituenda.
272. An notorie excommunicato non tolerato competat jus suffragii.

273. An ipso facto irrita sit electio, si talis excommunicatus scienter admittatur ad coeligendum.

274. Quid si excommunicatus notorie, non toleratus non possit sine gravi periculo vel scandalo, similemve ob causam expelli ab electione.

275. An excommunicatus talis occultus adhuc, quia potest tergiversatione adhuc aliquam excommunicationem suam celare, etsi Electores conscii de illius excommunicatione certi sint, quod illam possint in iudicio probare, possit vi ejici ab electione, & sic ejectus nequeat agere pro cassanda electione.

276. An suspensus possit eligere validè.

277. An personaliter interdictus sit privatus jure & facultate eligendi, & hinc eligat invalidè.

278. An irregularis ex delicto sit privatus facultate eligendi.

279. An infamis eligat validè.

280. Quando quis censeatur ita privatus voce activa, ut revera invalidè eligat.

### PARAGRAPHVS IV.

De panis eligentium illegitimè vel indignum.

281. **Q**ua sit pena eligentium illegitimè, seu non servato modo vel formâ eligendi præscriptâ à SS. Canonibus.

282. Que sint penæ Electorum admittentium laicos ad coeligendum.

283. Que sit pena electi consentientis tali electioni.

284. Que sint penæ scienter, aut ex crassa & affectata ignorantia eligentium indignum.

285. An, qui alium eligit ad pralaturam, in qua obtinenda scit eum commississe simoniam, præter dictas penas adhuc incurrat aliam.

### PARAGRAPHVS V.

De qualitatibus eligendorum.

286. **A**n ipso jure privatus voce passiva, vel redditus inhabilis, ante sententiam declaratoriam criminis possit ab electione excludi vi, & impediri, ne eligatur.

287. An



## Syllabus Quæstionum.

287. An Electores præcisè ratione privationis vocis passiva nondum declarata per sententiam, teneantur in conscientia talem concludere, intellige negativè, nempe enim non eligendo.
288. An inhabilis ipso jure, aut privatus ipso jure voce passiva ante sententiam declaratoriam, teneatur in conscientia non consentire electioni aut confirmationi; vel si consenserit & receperit Prælaturam, teneatur illi renunciare.
289. An is, qui semel rejectus ab electione, seu cujus electio ob proprium vitium persona electæ cassata, maneat deinceps ubique ineligibilis.
290. An talis igitur maneat perpetuò ineligibilis.
291. An, dum simpliciter cassata fuit prior electio, nulla reddita ratione cur cassetur, an ex vitio personæ electæ, an ex vitio formæ, maneat infamis & ineligibilis.
292. An electio cassata vitio electionis valeat electio.
293. An valida sit & licita electio extranei, seu qui non est de gremio Capituli vel conventus, aut respectivè de civitate, diocesi, Provincia.
294. An Superior, ad quem jure devoluto, vel etiam ordinario, pertinet conferre beneficium vel Prælaturam, possit illam conferre extraneo.
295. Quid sit in hoc circa Prioratus aliâque beneficia regularia, unita vel incorporata alicui monasterio, abbatiæ, &c.
296. An valida sit electio sui ipsius.
297. An ad hoc, ut eligi quis possit in Superiorem regularem, requiratur clericatus.
298. An, ut quis eligatur vel promoveatur in Prælatum vel Superiorem regularem, necesse sit esse professum, & quidem expressè in eadem religione, ita ut alias electio vel promotio sit ipso jure nulla.
299. Quantum tempus à professione requiratur, ut quis eligi possit in Prælatum religionis.

### PARAGRAPHVS VII.

#### De vocandis ad Electionem.

300. **C**ujus de jure vel consuetudine sit convocare Electores.
301. Quinam vocandi sint ad electionem.
302. Quinam intelligantur per eos, qui debent interesse electioni.
303. Quid intelligatur per hoc, qui volunt interesse.
304. An præscindendo à consuetudine vel statuto penali, liberum sit interesse electioni, ferre, vel non ferre suffragium.

305. Quinam intelligantur per eos, qui commode interesse possunt.
306. An, cessante gravi damno Ecclesiæ, vocandi sint absentes omnes ex omni loco & distantia.
307. An vocandus, qui renuntiavit voci activæ.
308. An canonicus factus novitius alicujus Ordinis adhuc retinens canonicatum suum, vocandus sit ad electionem, ubi non nimis remotus est à loco electionis.
309. An vocandi sint Electores inhabiles.
310. An de jure vocandus, vocatus expectandus sit ultra terminum præfixum.
311. Quid quoad electionem facere possint præsentés, aliis præfixo tempore non comparentibus, vel absentibus à capitulo.
312. Qualiter vocales sint vocandi.
313. Propter quid necessaria sit absentium vocatio, & an quandoque cesset necessitas illa vocandi absentes de cetero habiles, & sine magno incommodo vocabiles.
314. An electio facta non vocatis omnibus vocandis sit ipso jure nulla.
315. An, & qualiter vocandus non vocatus habeat jus agendi de contemptu sui.
316. An non vocatus, seu contemptus cogi possit, ut consentiat electioni factæ; & an Superior regularis subdito suo prohibere possit, ut non agat de contemptu.
317. Ad quem spectet probare, an aliquis contemptus, vel non contemptus fuerit.
318. An an vitandam actionem de contemptu sufficiat probare, quod præses ex parte sua bona fide & modo consueto vocavit vocandum, licet hic re ipsa vocatus non fuerit.
319. An dum ad instantiam contempti cassatur electio, ea devolvatur ad Superiorem.

### PARAGRAPHVS VIII.

#### De loco Electionis.

320. **I**n quo loco fieri debeat electio.
321. An electio facta sine rationabili causa extra fines Ecclesiæ propriæ, vel locum alias consuetum sit ipso jure irrita, vel saltem irritanda.
322. An teneat electio facta in loco interdicto.
323. An, & que electio habitæ in locis occultis sit clandestina, & an propterea ipso jure nulla.

### PARAGRAPHVS IX.

#### De tempore Electionis.

324. **A**n Ecclesiâ necdum viduata Prælato suo, eligi possit successor, aut saltem insitui tractatus de eo eligendo.



325. *A quo momento censeatur vacare prælatura.*
326. *Quando incipiat tempus Electoribus à iure statutum ad eligendum.*
327. *Num ante sepulturam prælati defuncti fieri possit electio successoris.*
328. *Quantum temporis habeant Electores præfixum ad eligendum.*
329. *An, & qualiter impeditis hoc tempus currat.*
330. *An, si imminente ultimâ die temporis ad eligendum præfixi, maior pars capituli renuat eligere, adeoque ius eligendi sit penes minorem partem, minor pars teneatur expectare maiorem partem, usque post prandium istius diei.*
331. *An tempus præfixum à iure ad eligendum possit restringi.*
332. *An, & qualiter, præfixo termino eligendi neglecto, devolvatur electio ad superiorem.*
333. *An electio fieri possit de nocte.*
- PARAGRAPHVS X.**
- De constituendis scrutatoribus secretò, & modo scrutinii.**
334. *Quas partes seu actus particulares complectatur forma electionis per scrutinium.*
335. *Quid repugnet textus c. quia propter, adeoque per hoc electio invalidetur, si electorum aliqui non assumpti ad id seipsos ingerant numeri scrutatorum.*
336. *A quo scrutatores assumendi.*
337. *Qualiter scrutatores assumendi.*
338. *Vnde assumendi scrutatores.*
339. *Quot assumendi scrutatores.*
340. *Quales esse debeant scrutatores.*
341. *An ad scrutandum vota Electorum, aliumve actum præstandum circa scrutinium præter 3 scrutatores adhiberi debeat aut possit Notarius cum testibus, & qualis hi esse debeant.*
342. *An scrutatoribus sit habenda fides,*
343. *An scrutinium fieri debeat secreta.*
344. *An stante decreto Trid. valida adhuc & licita, etiam quo ad regulares, electio per scrutinium auriculare.*
345. *Quandonam censeantur vota electorum publicari in ipsa electione, & an ideo electio reddatur irrita.*
346. *An vitietur electio per hoc, quòd scrutatorum aliquis extra electionem publicet nomina eligentium.*
347. *Quid si manifestatio nominis Electoris alicujus, vel Electorum fiat ab uno, vel pluribus, vel etiam omnibus electoribus.*
348. *An, ubi scrutinium fit per schedas, & sic fieri est de forma electionis, etiam sit de forma electionis eas comburere ante vel post publicationem scrutinii.*
349. *An necesse sit ante inchoationem scrutinii scrutatores astringi iuramento, vel præcepto obedientia à præside electionis de munere fideliter exequendo.*
350. *Quis locus in quo scrutatores excipiunt vota eligentium.*
351. *Quid in c. quia propter per t. d. singularem vota exquirant, intelligatur.*
352. *Quid importent verba cit. cap. diligenter inquirant.*
353. *An liceat Electoribus consensum suum seu votum explicare per sortes.*
354. *An electio facta per sortes sit ipso iure nulla.*
355. *An electiones ad prælaturas fieri possint per calculos, fabas, simileseve modos, dum nimirum à superiore electoribus consentientibus proponuntur plures, ut ex eis eligatur unus.*
356. *Qua verborum forma exprimere debeant in electione Electores votum suum.*
357. *Num valeant vota alternativa seu expressa disiunctive, ut dum dicitur: eligo Petrum vel Paulum.*
358. *An valeat votum conditionatè datum seu expressum.*
359. *An valida sint vota importantia electionem ut futuram. v. g. volo eligere: volo consentire.*
360. *Quid faciendum de votis istiusmodi incertis, adeoque invalidis aut aliter inutiliter datis, quibus v. g. notoriè ineligibleis eligitur.*
361. *An igitur ex hoc, quòd Electorum aliqui det votum istiusmodi inutile, idem capere possit emolumentum, quòd alii, ut nimirum hoc ipso iam diminuto suffragantium numero, adeoque paucioribus constituentibus maiorem partem capituli, pauciora ad eius electionem requirantur suffragia.*
362. *An, quando, & qualiter vota data mutari possint.*
363. *A quo, quo ordine, & qualiter ipsorum scrutatorum vota exquiri debeant.*
364. *An, & qualiter vota data postquam omnes Electores ea dederunt, redigenda sint in scriptum.*
365. *An, ubi pauciores sunt Electores quàm quatuor, servari possit forma c. quia propter, quo ad danda & recipienda suffragia; & si non sint, quid faciendum.*
366. *Qualiter terminetur & compleatur scrutinium.*
- PARAGRAPHVS XI.**
- De publicatione scrutinii, & electione communi.**
367. *Quid faciendum post completum scrutinium.*



Syllabus Questionum.

368. Cui, à quo, qualiter, quâ necessitate faciendâ hæc publicatio.
369. An non obstantibus verbis illis c. quia propter vota mox publicentur, nullo priorius appellationis obstaculo interjecto: possit appellari à scrutinii publicatione.
370. Qualis collatio, qua ex causa, à quo, & qualiter habenda intelligatur per verba illa c. quia propter: ut is collatione habitâ eligatur.
371. An opus sit collatio meriti unius partis eligentium ad meritum alterius partis eligentium, & zeli ad zelum.
372. Quanam electio comprehendatur his verbis c. quia propter: collatione habitâ, eligatur, in quem major vel sanior pars capituli consenserit.
373. Quanta sit necessitas hujus electionis.
374. De quo habendus hic actus.
375. A quo habendus hic actus.
376. Quâ formâ faciendâ hæc electio.
377. Quando fieri debeat communis electio.
378. An igitur omissio, dilatio, vel quisunque defectus electionis communis reddens illam irritam, irritet etiam omnia antecedentia, ita ut scrutinium ritè habitum & validum, per hoc quoque invalidetur, & sit repetendum.
379. An & qualiter electio communis publicanda.
380. An si distincta illa solennis publicatio electionis faciendâ coram populo extra capitulum, omittatur, vitietur & irritetur electio.
381. An ipse quoque ordo actuum, qui sunt partes electionis, prout expressus in c. quia propter, sit de substantia electionis.

PARAGRAPHVS XII.

De electi consensu & instrumento, seu scriptura electionis.

382. **A**N Electores teneantur postulare consensum nominati à majore parte capituli.
383. An Electores consensum nominati in scrutinio ante factam electionem communem, etiam post publicationem scrutinii, inquirere, & nominatus eum prestare possint.
384. Quando, & qualiter (ubi consensus hic requirendus) Electores illum requirere teneantur.
385. An sufficiat, Electores presentare electionem procuratori generali ipsius electi.
386. Qualiter Electus prestare debeat consensum suum, ne vitietur electio.
387. An electus sine licentia Superioris possit ante confirmationem renuntiare electioni in manibus eligentium.
388. An idem teneat in religiosis.

389. Intra quantum tempus electus consentire debeat electioni.
390. Quid sit decretum seu instrumentum electionis.
391. An hoc decretum scriptum sit de substantia electionis.
392. A quibus necesse sit subscriptum esse hoc decretum.

PARAGRAPHVS XIII.

De Electione per compromissum, & communem inspirationem.

393. **A**N electio per compromissum sit licita.
394. An compromissarii debeant esse clerici, & de capitulo.
395. Quotplex sit compromissum.
396. An valeat compromissum aliquo Electorum contradicente.
397. Quanam sint substantialia electionis per compromissum.
398. An Electores possint revocare commissionem datam compromissariis.
399. An compromissum sit validum, si compromissarii eligantur à Superiore, vel ab uno aliquo capitulari reliquis tacentibus, & non repugnantibus.
400. An, ubi unus solus est compromissarius, is possit seipsum eligere.
401. An, ubi compromissarii sunt plures, possint eligere unum ex se ipsis.
402. An, si major pars compromissariorum eligit scienter indignum, minor vero pars, vel etiam unus solus dignum, valeat hujus minoris partis electio; an vero cesset compromissum, & electio redeat ad electores.
403. An, si electus per compromissum non consentiat electioni, facultas eligendi redeat ad Electores.
404. An compromissarii possint eligere extraneum.
405. An, si ipse confirmator sit compromissarius, possit uno eodemque actu eligere vel confirmare.
406. An regulares possint compromittere in Superiorem.
407. Quæ sint de substantia electionis per communem inspirationem.
408. An sit electio per communem inspirationem, si unus Elector sit absens & contemptus.
409. An sit electio per communem inspirationem, si qui consensit ex primo impulsu motus, dum adhuc potest variare votum, peniteat, & votum mutet.
410. An eligi possit per hanc electionem vocalis presens electioni.
411. An electio per communem inspirationem egeat confirmatione.



## CAPVT TERTIVM.

## De confirmatione Electionis.

## PARAGRAPHVS I.

## De natura &amp; necessitate confirmationis.

417. **A**N, & qualiter confirmatio quandoque cum institutione, collatione, & ipsa electione confundatur.
418. An, & qualiter confirmatio distinguatur ab electione.
414. Quid sit, seu qualiter definiatur confirmatio proprie talis.
415. Quoiuplex sit confirmatio.
416. An electus petere teneatur confirmationem.
417. An valeat consuetudo, ut Prælatus electus nullam teneatur petere confirmationem.
418. An omnis electio egeat confirmatione, & in specie, quid de hoc dicendum de electione Papæ, electione factâ unanimiter, & per divinam inspirationem.
419. An, & qualiter confirmatio sit actus necessarius.
420. Quid faciendum, ubi is, qui habet confirmare, non vult confirmare.
421. An superior potens non confirmare, etiam electionem legitime factam de persona aliâ habili, dum negat confirmationem, teneatur edicere & probare causam à se negatæ confirmationis.
422. An, & qualiter confirmatio sit actus jurisdictionis & judicialis.

## PARAGRAPHVS II.

## De virtute confirmationis, deque eo, quid possit, vel non possit electus ante, &amp; post confirmationem.

423. **Q**ua sit virtus confirmationis in ordine ad supplendos & sanandos defectus commissos in electione.
424. Quid operetur, seu quid juris ultra id, quod electo per electionem quesitum, tribuat confirmatio.
425. An, & qualiter legitime electus ante confirmationem habeat jurisdictionem, seu potestatem administrandi ea, quæ sunt Prælatu-  
ra, saltem in habitu, seu in actu primo.
426. An, & qualiter legitime electus, postquam electioni consentit, administrare actum possit ante confirmationem tanquam principalis.
427. An saltem ut æconomus, vel ut procurator similive titulo non principali possit administrare.
428. An solum lege positivâ humanâ; an verò

etiam lege divinâ vetita sit administratio ante confirmationem, & opus eâ ad administrandum.

429. An per legitime electum gesta ante confirmationem sint nulla.
430. An lex illa de non administrando ante confirmationem, præcipue contenta in c. no-  
sti. c. qualiter de elect. & c. avaritiæ, de elect. in 6. sit universalis, extendens se ad omnia beneficia, & omnes dignitates.
431. An lex illa vetans administrare ante confirmationem nullas patiat exceptiones; si-  
ve an nulli electi id possint, & si qui id possint, quinam illi.
432. An vi cap. nihil. potestas administrandi ante confirmationem competat quoque dictis prælatis extra casum necessitatis; item aliis prælatis Papæ immediate non subiectis.
433. Quid, si igitur postea ob defectum re-  
peritum rescindatur electio talis electi administrantis ex concessione c. nihil. an gesta per illum adhuc manebunt valida.
434. An legitime electus ante confirmationem accipere possit possessionem, & electus in vim c. nihil. administrans ante confirmationem per hoc sit in possessione Prælatu-  
rae.
435. Quænam sint pæna legitime electorum citra necessitatem aut concessionem à c. nihil. administrantium ante confirmationem.
436. An præter pænam privationis juris quesiti propter administrationem usurpatam ante confirmationem incurratur quoque & alia pæna.
437. An, & qualiter legitime electus, qui ex potentia principis secularis se ingessit administrationi ante confirmationem, incurrat dictas pænas.
438. An, & qualiter confirmati, necdum obtentis literis confirmationis, possint administra-  
re.
439. Quæ pæna statuta in committentes contra Extrav. injunctæ. de elect.
440. An, & quid quoad hoc punctum non administrandi ante confirmationem constitutum sit contra regulares.
441. An prælatus, qui non providentur aut confirmantur per sedem Apostolicam, sed ab inferioribus confirmati vel instituti, ante tamen literas sue confirmationis aut institutionis obtentas, accipere possint possessionem, & se administrationi ingerere.
442. An confirmatus sine accepta possessione Prælatu-  
rae vel beneficii possit administrare, & an dictam possessionem accipere possit literis necdum expeditis aut offensis.
443. An, & qualiter administrare possit Episcopus post obtentas confirmationis suæ literas ante consecrationem.
444. An, & quid speciale sit in hoc puncto circa Archiepiscopos.
445. An, & qui Abbates ante benedictionem administrare possint.



## PARAGRAPHVS III.

De iis, à quibus petenda confirmatio  
deque tempore ac loco ejus petendæ  
ac dandæ.

446. **A**N ipsi electi confirmationem suæ electionis petere possint
447. An peti quoque per alios possit confirmatio electi, & quid in specie sit in hoc circa Electores.
448. An sufficiat, electum vel Electores petere electionem declarari canonicam.
449. An electus ad eandem Ecclesiam vel prælaturam duabus diversis electionibus, utramque prosequendo, petere possit confirmationem.
450. Intra quod tempus petenda confirmatio.
451. Qualiter ad evitandas penas statuas negligentibus petere confirmationem, debeat probari impedimentum petendi.
452. Quæ pena statuta negligentibus petere confirmationem intra tempus præfixum ad petendum.
453. An, & qualiter per negligentiam electi in petendo, & hinc evacuata electione jus remaneat Electoribus procedendi ad novam electionem.
454. An Superior possit abbreviare illud trimestre à jure communi datum ad petendam confirmationem, electumque compellere ad citius eam petendam.
455. An, & qualiter trimestre illud concessum à Gregorio X. in c. quam sit. restrictum sit per Nicolaum III. in c. cupientes. de elect. in 6.
456. Intra quod tempus danda confirmatio
457. In quo loco dari, seu fieri possit confirmatio.
458. An electus confirmari possit per Superiorem existentem extra suum territorium.

## PARAGRAPHVS IV.

A quibus, & quibus danda confirmatio.

459. **A** Quo petenda, & danda confirmatio.
460. A quo hodie dum confirmandi sint Episcopi, ubi viget adhuc mos eos eligendi.
461. A quo accipienda confirmatio Abbatum, Præpositorum, similitumque Prælatorum regularium.
462. A quo accipienda confirmatio Abbatissarum, Priorissarum, similitumque antistitum monialium.
463. An, & qualiter potestas confirmandi competat capitulo sede vacante.
464. Ad quem jure devoluto spectet confirmatio.
465. An confirmator ordinarius, pendente lite super jure electionis, vel etiam ubi appellat. P. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

tum est ab electione, confirmare possit electum.

466. An, dum Papa provisionem, electionem, confirmationem reservavit sibi, & ante emanatam hujusmodi particularem reservationem ad electionem processum fuit, adcoque valida fuit electio, valide dein possit confirmari post emanatam illam reservationem ab inferiore, nihil sciente de illa reservatione.
467. An confirmandus electus in discordia.
468. An confirmari possit, cujus electio facta per abusum secularis potestatis.
469. An electus in vitium confirmari possit.
470. An confirmari possit electus, qui à confirmatore præsumitur malè rectorus.
471. An, & qualiter confirmari possit indignus.
472. Quas penas incurrat confirmans indignum.
473. An confirmator cassare possit electionem digni legitime factam.
474. An confirmari possit dignus, præterito digniore.
475. An confirmari possit infamis infamia facti, quia nimirum inquisitus aut accusatus de gravi crimine, & de eo apud viros graves diffamatus.

## PARAGRAPHVS IV.

De causis, modo, ac forma procedendi  
ad confirmationem.

476. **A**N, & qualiter confirmatio requirat causam, & causæ cognitionem.
477. An confirmatores regulares quoque teneantur præmittere inquisitionem de electionis processu, electique idoneitate confirmationi suorum regularium.
478. An hæc necessitas præmittendi dictam inquisitionem, & pena statuta negligentibus illam extendat se ad omnem confirmationem, etiam electionum ad simplicia beneficia.
479. Quas penas incurrat confirmator omitens hanc inquisitionem, aut negligenter se in ea habens.
480. Quid circa electionem inquirere, unde, & qualiter se informare debeat confirmator.
481. In quas qualitates electi confirmator teneatur inquirere.
482. An, dum nullum est de defectu electi indicium, nullus rumor, quin & publicato edicto, nullus comparet contradictor, nihilominus adhuc debeat fieri inquisitio in electi qualitates.
483. An opus adhuc dictæ inquisitione in mores & vitam electi, ubi ejus idoneitas notoria.
484. Qualiter sumenda illa informatio super valore electionis, & electi qualitatibus, an



## Syllabus Quæstionum.

- judicialiter, an extrajudicialiter; an inquirendo specialiter, an generaliter.
485. An etiam sufficiat notitia extrajudicialis, seu quòd se informet extra judicialiter, dum vult cassare electionem.
486. An possit confirmator in confirmando, vel cassando electionem uti notitiâ privatâ
487. An, & qualiter, antequam procedatur ad confirmationem, citandi habentes interesse.
488. An, & qualiter audiendus oppositor, qui venit post terminum in edicto statutum, & confirmationem.
489. An necessario citandus electus, ubi ejus cassanda electio.
490. An necessarius assensus, aut consilium capituli, aut alterius, ut Superior confirmet electionem.
491. Vbinam, seu apud quos fieri debeat hoc examen, seu inquisitio de vita & moribus electi.
492. An prelati examinatus, & dein electus ad aliam prelaturam, iterum sit examinandus.
493. Quis modus examinandi electum in Episcopum.
494. An confirmatio requirat certam formam.
495. An confirmatio habeat se ut sententia diffinitiva.

### PARAGRAPHVS V.

De appellatione à confirmatione,  
ejusque annulatione.

496. **A**N à confirmatione judicialiter data detur appellatio judicialis, seu proprie dicta, habens utrumque effectum devolutivum & suspensivum.
497. An liceat quoque appellatio à decreto confirmationis, aut cassationis extrajudiciali.
498. An excipi possit contra electionem confirmatam.
499. Quinam possint appellare à confirmatione.
500. An Electores appellare possint à cassatione electionis, dum conceditur eis nova electio.
501. An, & qualiter quilibet electorum, vel etiam aliorum de collegio, conventu, communitate appellare possit à confirmatione vel cassatione electionis.
502. An Electores valide appellare possint à cassatione electionis legitime, ubi electus non habet jus ad confirmationem
503. An Electores agere possint in iudicio appellationis pro confirmatione electionis cassatæ, electo secum non agente.
504. An, ubi electus non habet jus ad petendam confirmationem ex speciali quodam statuto, nec tamen etiam confirmatione privatus

- possit appellare à cassatione electionis, dum ea cassatur ex defectu electi.
505. An, ubi confirmator in decreto confirmationis nullam assignat causam cassationis electionis, vel assignat in confuso per clausulam: ex causis nobis bene visis, electus, qui non habet aliâs ius ad confirmationem, possit appellare à tali decreto.
506. An, & quo iure electio facta pendente appellatione, etiam extrajudiciali interposita à cassatione prioris electionis, sit attentata; & an, si confirmetur, hæc secunda electio, tam ea, quàm confirmatio eius, saltem iustificatâ appellatione, sit cassanda.
507. Quam vim habeat lex positiva, statutum vel privilegium circa appellationem prohibendam, vel impediendam.
508. An regularibus liceat appellare à confirmatione, vel cassatione electionis.
509. An ab electione possit appellari immediate ad prelatum mediatum, præterito Superiore immediato, ad quem aliâs spectat confirmatio, ita ut is eam tunc confirmare aut cassare nequeat.
510. An religioso appellante à cassatione electionis sue, monasterium vel ordo teneatur ad expensas factas, aut faciendas in prosecutionem appellationis in ordine ad consequendam prelaturam.
511. An confirmatione existente nulla seu annullatâ perimatur quoque electio, seu ea redatur quoque nulla.

### SECTIO TERTIA.

De provisione & receptione beneficiorum per liberam collationem, ac eorundem possessione.

#### CAPVT PRIMVM.

De primario Collatore, sive Papa.

#### PARAGRAPHVS I.

De potestate papæ in collatione beneficiorum, tam absoluta quàm respectiva ad alios collatores.

512. **Q**uanta, & qualis sit potestas Papæ in beneficiis ecclesiasticis.
513. Quotiplice iure Papa providere possit ac soleat beneficia disita in quibusvis diæcesibus ac provinciis.
514. An prævaleat collatio Papæ conferentis iure consensûs, præveniendò Ordinariûm conferentem idem beneficium, & an hoc iure saepe utatur.
515. Vnde dignoscendum, Papam contulisse merito iure concursûs.
516. An, ut preventio papalis valeat in mensibus ordinariis Ordinariorum, & in mensibus



Syllabus Questionum.

- bus alternativa concessa Episcopo, opus sit, ut Papa expresse deroget juri & privilegio illi Ordinariorum.
517. An Papa preveniente provisionem Cardinalium, habentium indultum conferendi omnia sine diocesis beneficia, valeat papalis provisio sine expressa derogatione dicti indulti.
518. Cujusnam provisio prevaleat, concurrente provisione Ordinarii cum apostolica, dum constat, ambas factas eadem die, non tamen constat, qua sit anterior.
519. Qualiter de cetero constet, & probetur, Ordinarium prevenisse Papam.
520. An, & qualiter conferendo beneficia, censetur illorum naturam immutare.
521. Qualiter Papa de beneficio viventis provideat.

PARAGRAPHVS II.

De reservatione beneficiorum facta a papa, ac primò quidem de reservatione in genere.

522. **Q**uid sit reservatio.
523. In quo reservatio differat ab affectu, & beneficia reservata ab affectis.
524. Quod duplex sit reservatio.
525. Quae sint causa reservationum.
526. Quando nam reservationes caperint.
527. Quis sit effectus & vis reservationis.
528. An reservatio dicenda sit favorabilis, an odiosa.

PARAGRAPHVS III.

De reservatione clausa in corpore juris.

529. **A**n dentur plures reservationes clausa in corpore juris, & quanam illa.
530. Quid veniat nomine Curia Romana, & Sedes apostolica: & qua beneficia dicantur vacare apud Sedem apostolicam, vel in Curia Romana.
531. An omnis reservatio confurgens ex vacatione apud Sedem apostolicam, vel in Curia Romana clausa sit in corpore juris.
532. An dum Papa non translata Curia, aliò abeunte recreationis vel negotii causa, beneficiatus aliquis moritur ibidem apud Papam, aut in vicinia ad duas dietas, beneficium illius sit reservatum tanquam vacans apud Sedem apostol. seu Curiam Rom.
533. Qualiter cap. licet. statutum sit per cap. statutum, de praeb. in 6. & an hodiernum iterum derogatum sit dicto cap. statutum.
534. An omnia beneficia vacantia per obitum apud Sedem apostol. comprehendantur in reservatione cit. cap. licet.
535. Qualiter cit. cap. licet. extendatur per cap. de praesenti.

E. Leuren. Fori Benef. Tom. II.

536. An, & quare persona aliqua, etsi decedat in locis ultra duas dietas a Sede seu Curia, dicantur ad huc decedere in Curia seu apud Sedem, adeoque eorum beneficia sint reservata reservatione illa c. licet.
537. Quinam in ordine ad dictum effectum reservationis dicantur Curiales, & qualiter ad declinandum hunc effectum censetur dimissa curialitas.
538. In quo consistat specialis prerogativa & dignitas hujus reservationis.

PARAGRAPHVS IV.

De reservationibus inductis per regulas cancellariae, ac primò quidem de inductis per regulam primam.

539. **Q**uid sint haec regulae, & unde ortum ducant.
540. Qualiter haec regulae obligent, & obligare desinant.
541. Qualiter haec regulae, ut ligent, seu jus faciant extra Curiam, & sententia juxta eas lata subsistat, sint producendae.
542. An, & quando derogetur regulis cancellariae per alias constitutiones, ordinationes, vel rescripta apostolica.
543. Quenam reservationes continentur in prima regula cancell.
544. Reservationes illa contenta in Extrav. ad regimen, & Extrav. Execrabilis, ut intrent, qualiter probandum sit factum, ex quo illa resultant, ab eo, qui hujusmodi beneficia reservata impetrat a Papa.

PARAGRAPHVS V.

De reservationibus contentis regulam secundam & tertiam.

545. **Q**ua beneficia reserventur per regulam 2.
546. Qua beneficia reserventur per regulam 3.
547. Quid limitationis vel extensionis adjiciatur regulae istae tertiae, aut quid specialius disponatur per regulam trigessimam, aut alias trigessimam primam, quae est de impetrante beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium.

PARAGRAPHVS VI.

De reservationibus contentis regulam quartam, quintam, sextam, & septimam.

548. **Q**ua reserventur per regulam 4.
549. Quenam beneficia reserventur per regulam 5.
500. Quae reserventur per regulam 6.
551. Quenam reserventur per regulam 7.

\*\* 2 PARA-



## PARAGRAPHVS VII.

De regula 8. quæ dicitur reservatoria mensium, ac imprimis de prima ejus parte.

552. **A**N regula hæc sit eadem cum illa, quæ olim vocabatur regula de mensibus.
553. Quæ origo, & quis processus hujus regula.
554. Quæ sint partes hujus regula.
555. Quæ sit ratio seu causa finalis hujus regula.
556. Cum regula utatur verbis omnino universalibus, an ergo nulla ab hac reservatione excipiantur beneficia.
557. An excipiantur quoque ab hac regula beneficia noviter erecta, debita conferri certo generi personarum, monacharia, dignitates majores & minores, reservata, vacantia de facto, & vacantia de jure.
558. An quoque quedam alia, quæ minus proprie rationem beneficii habere videntur (ut sunt pensiones, prestimonia, commendæ, coadjutoria) comprehendantur hac regula.
559. Dum regula hæc excipit beneficia vacantia per resignationem, de qua resignatione loquatur.
560. Cum per hanc regulam à reservatione excipiantur beneficia spectantia ad provisionem Cardinalium, de quibus Cardinalibus, & de quibus beneficiis id intelligendum.
561. A quo tempore computentur incipere, & finire menses reservati & Ordinarii.
562. Quid in dubio, in quo mense beneficium vacarit.
563. Quid ergo, si certum sit, beneficium vacasse in mense ordinario, an Ordinarius conferre illud poterit in mense apostolico.
564. Dum regula hæc sub nullitate gratia expresse vult, ut in supplicatione, & quavis impetratione, & concessione beneficiorum per ipsam reservatorum fiat mentio mensis, in quo vacavit beneficium, qualiter hæc mentio faciendâ.
565. Quæ ratione per hanc regulam derogetur obstaculis hujus reservationis mensium.

## PARAGRAPHVS VIII.

De altera regulæ 8. parte, hoc est, de alternativa concessa Episcopis.

566. **Q**uæ seu qualis sit hæc gratia alternativa.
567. An gratia alternativa tollat reservationem illam factam in prima parte regula de 8. mensibus.
568. An Junius & December, qui tam in prima parte regula, quàm in alternativa assignantur Ordinarius, & hinc menses fixi dicuntur, censeantur concessi in gratiam alternativam sub eadem conditione, sub qua in illa

conceduntur reliqui 4. menses, Februarius, Aprilis, &c.

569. Quando nam ceperit alternativa usus, & à quibus concessa.
570. Quibus hæc gratia alternativa concessa.
571. Quanam sit mens & ratio hujus regulae quo ad concessionem alternativam.
572. Qualis debeat esse residentia Episcopi, ut regula satisfiat.
573. An provivus ab Ordinario, fundans se in alternativa, obligationem habeat probandi inter cetera hanc veram & personalem residentiam Episcopi tempore vacationis beneficii.
574. Qualis requiratur acceptatio, & in qua forma ea faciendâ.
575. An valeat acceptatio alternativa facta ab Episcopo excommunicato.
576. An, & qualiter acceptatio hæc alternativa probandâ.
577. A quo tempore incipiat alternativa habere effectum.
578. An ante notitiam Romæ acceptata & recognita acceptationis alternativa Episcopus possit valide & licite uti alternativam, vel etiam 4. mensibus aliis citra alternativam Ordinarii.
579. An Episcopus duarum diacesium, acceptando alternativam pro una, censeatur aut teneatur hoc ipso etiam eam acceptare pro altera.
580. An, & qualiter missis jam literis, sed nondum factâ dictâ recognitione Romæ: vel etiam ea jam facta possit Ordinarius penitere, & se ad jus commune reducere.
581. Ad quæ beneficia se extendat alternativa.
582. An, & qualiter se extendat alternativa ad beneficia, quæ spectant ad simultaneam collationem Episcopi & capituli, dum convenit inter illos de collatione faciendâ per turnos.
583. Quando nam cesset gratia alternativa citra abusum illius.
584. An, & qualiter amittatur alternativa per abusum illius.
585. An Episcopus propter talem abusum non solum privetur alternativam, sed & 4. mensibus Ordinarius, nempe Martio, Junio, Septemb. Decemb.
586. An dicta pena incurratur ipso jure sine omni sententia.
587. An saltem ad hoc, ut re ipsa incursum censeatur hæc pena amissionis alternativæ requiratur intimatio desuper facta Papæ, ejusdem declaratio seu acceptatio illius amissionis, ut hæc amissio sortiatur effectum.
588. Qualiter subveniatur tali Episcopo, qui amisit alternativam per abusum, si eam iterum habere velit, item provisus ab illo.
589. An præter reservationes contentas in corpore juris, & regulis illis cancell. dentur reservationes quorundam aliorum beneficiorum.

PARA-



## PARAGRAPHVS IX.

De reservationibus factis per concordata Germania.

590. **U**nde haec concordata.
591. Ad quas Ecclesiae extendant se haec concordata.
592. An ad hoc, ut concordata haec obtineant, requiratur acceptatio, eaque sit libera, etiam hodie adhuc.
593. An praescriptione aut contraria consuetudine his concordatis derogari possit.
594. Quamdiu durent haec concordata, & quamdiu quis iis acceptatis comprehendere dicatur.
595. An, & qualiter Papa concordatis Germania derogare possit, aut soleat.
596. An concordata haec sint realia, an personalia.
597. An concordata tanquam favorabilia benigne sint interpretanda.
598. Quanam beneficia reserventur Papa in his concordatis.
599. Quanam in specie praeserventur collatorum ordinariorum dispositioni.
600. An concordata haec ex eo, quod sint perpetua, & non expirent, sed vim etiam sede papali vacante habeant, ut illorum impediantur Ordinarii collatores conferre beneficia vacantia sede papali vacante.
601. Quanam praeterea in dictis concordatis statuuntur.

## PARAGRAPHVS X.

De reservatione resultante ex indulto precum primariorum.

602. **Q**uid sit indultum precum primariorum, & quid contineat.
603. Praescriptio primariae cur sic dicta, & unde ortum habeant.
604. Quando & qualiter hoc indultum precum concedatur Imperatori, & a quo tempore is eo uti possit.
605. An cum dicta praescriptio pertineat ad gratias expectativas, adversentur SS. Canonibus, vel etiam Tridentini reprobantibus & tollentibus quascunque expectativas.
606. Ad quas terras seu provincias se extendant haec praescriptio.
607. Ad qua beneficia se extendant haec praescriptio.
608. Ad qua beneficia se non extendant haec praescriptio.
609. An, si praescriptio nominatus sit ad beneficium simplex, possit illud acceptare, si fuerit interea erectum in curatum.
610. Ad quas personas extendant se haec praescriptio.
611. An Caesar concedendo praescriptio immutare possit naturam beneficiorum.
612. An Caesar concedendo praescriptio de novo imponere possit conditiones aliquas.

P. Leuren. Fari Benef. Tom. II.

613. A quibus praescriptio sint instituendi in beneficio, seu a quo ipsis conferendum beneficium, in ordine ad quod praescriptio impetrantur, an is sit ordinarius collator, an Executor a Caesare constitutus.

614. Executores precum harum a quo, & qualiter constituendi, & qua eorum potestas.

615. An Executores harum precum possint exequi, seu nominatis conferre post obitum Imperatoris concedentis, re adhuc integra, hoc est, nulli adhuc facta acceptatione praescriptio ad beneficium vacans, dum in vivis adhuc esset Papa.

616. Intra quod tempus hi Executores debeant exequi gratiam illam precum.

617. An Imperator hoc suum indultum precum cedere quoque possit alteri, ita ut ab hoc alio nominati frui quoque possint gratia precum.

618. An Imperator, postquam uni concessit praescriptio, seu unum nominavit, possit a prima nominatione resilire, & nominare alium; vel etiam absque eo, quod resiliat a primo, illi substituere alium, puta, dum praescriptio est mortuus, vel renunciavit gratia.

619. Quid, si Caesar pluribus simul conferat praescriptio ad idem beneficium, quis praeservendus.

620. An, & qualiter Caesar simul, vel etiam successive nominare possit eundem ad plura beneficia.

621. Intra quod tempus teneatur & possit praescriptio acceptare beneficium, & quid si id negligat.

622. An collatores praescriptio has sibi insinuat as admittere, & nulli alteri, quam praescriptio beneficium conferre teneantur, & cogantur.

623. An Decanus & Capitulum, dum collatores non sunt, impedire possint praescriptio, denegando illi possessionem, dum missio in possessionem ad illos spectat, si iis constet de iniustitia & defectu tituli.

624. Quanam in indulto precum contineantur clausulae derogatoria eorum, qua eidem indulto obstare possent.

625. An contra Caesarem quoad has praescriptio detur praescriptio, ita ut, si is hoc indulto non utatur, amittat illud.

626. An Papa idem, qui concessit, vel etiam eius successor revocare possit praescriptio.

627. Qualiter praescriptio amittat factam sibi gratiam precum.

## PARAGRAPHVS XI.

De reservationibus ratione aliarum Expectatarum.

628. **Q**uid sint expectativae, & quotuplicis generis.

629. Qua occasione, & a quo tempore introductae.

630. An, & qualiter hodie dum sint sublatae.

631. Qua-



De potestate Legatorum apostolicorum conferendi beneficia.

631. Qualiter hodiecum Papa se habeat circa concessionem huiusmodi expectativarum.  
 632. In qua forma concedantur, & quale jus conferant.  
 633. Ad qua beneficia vacatura se extendant.  
 634. An, si expectativa concessa ad primum vacans, sortiri non possit effectum ad primum vacans, capiat secundo vacans.  
 635. Quae expectativa ex pluribus praferenda.  
 636. Qualiter habentes expectativam ad beneficium aliquod, possint renunciare huic gratia, aut illam permutare.  
 637. Quando, & qualiter expiret expectativa.  
 638. Quando nam expectativa censentur irrita.

## CAPVT SECVNDVM.

De aliis collatoribus inferioribus.

## PARAGRAPHVS

## PRIMVS.

De potestate Cardinalium in conferendis beneficiis.

639. **Q**uae beneficia Cardinales conferre possint iure ordinario.  
 640. An, & quale, & quoruplex sit indultum Cardinalium conferendi beneficia.  
 641. Ad qua beneficia conferenda extendant se indulta Cardinalium.  
 642. Ad qua beneficia se non extendant haec indulta.  
 643. An, & qualiter Cardinalis post dimissum Episcopatum pergat ex indulto conferre beneficia.  
 644. An, & qualiter indultum concessum Cardinali Episcopo suffragetur etiam Capitulo habenti simultaneam collationem, vel electionem cum dicto Cardinale.  
 645. Qualiter derogetur indultis Cardinalium.  
 646. Qualiter cessent haec indulta.  
 647. An aliquibus praeter Cardinales huiusmodi indulta conferendi reservata concedi soleant.  
 648. An, & qualiter provisum a Cardinalibus in consequentiam indulti eis concessi teneantur sibi novas provisiones a Papa impetrare.

649. **Q**uotuplicis generis sint Legati Apostolici.

650. An iam Legati nati & missi, quam Legati de latere habeant potestatem conferendi beneficia.

651. Qualis sit haec Legatorum de latere potestas conferendi beneficia.

652. Ad qua beneficia se extendat haec Legatorum potestas ordinaria conferendi beneficia.

653. Quid plus quam Ordinarii possit Legatus hac sua ordinaria potestate circa collationem beneficiorum.

654. Qua non possit hac potestate ordinaria vel etiam extraordinaria Legatus de latere circa collationem beneficiorum.

655. Qualiter Legatus de latere possit collationem beneficii committere alteri.

656. A quo tempore Legatus de latere conferre possit beneficia.

657. An, & qualiter valeat collatio a Legato facta ei, qui tacet se jam habere aliud beneficium.

658. Quid possit Legatus a latere in commendandis Ecclesiis.

659. Quenam beneficia conferre possint Nuntii missi cum potestate Legati de latere vi facultatis eis concessae quaecumque beneficia simplicia per obitum ultimorum possessorum extra Curiam vacatura, modo cuiuslibet eorum redditus viginti quatuor ducatorum auri de camera valorem non excedant, &c.

660. Qualiter computandus valor ille viginti quatuor Ducatorum, & quenam computanda in fructibus, ut valor ille excedatur.

661. Undenam constare possit, an valor beneficii excedat 24. ducatos, cum singulis annis sit fructuum diversitas.

662. Penes quem sit obligatio probandi beneficii valorem: an penes provisum a Nuntio, an penes provisum apostolicum, dum unus adversus alterum litigat.

663. Cum in facultate illa Nuntii habeatur, quod, ut eius provisio valeat, ante provisionem certus esse debeat, beneficium illud non excedere dictum valorem, unde dicta certitudo petenda.



## PARAGRAPHVS

## TERTIVS.

De potestate Episcopi circa collationem beneficiorum.

664. **Q**uis sit, & dicatur Ordinarius collator.
665. An, & qualiter potestas conferendi beneficia competat Episcopo.
666. Vnde hoc jus conferendi beneficia originetur in Episcopo.
667. An haec potestas conferendi beneficia spectet ad ejus jurisdictionem.
668. Quando nam Episcopus conferre possit.
669. An, & qualiter Episcopus degens in Curia Romana conferre possit.
670. An, & qualem potestatem habeat Episcopus conferendi beneficia Ecclesiae cathedralis.
671. An, & quomodo supposito jure simultaneo conferendi, Episcopus convocare possit Capitulum, & cogere ad faciendam provisionem.
672. Quid Episcopus juris habeat circa conferenda beneficia Collegiarum.
673. An, & qualiter Episcopus conferre possit alterius diocesis beneficia unita beneficiis suae diocesis.
674. Quid possit Episcopus circa conferenda beneficia Ecclesiarum exemptarum.
675. Quid Episcopus potestatis habeat circa beneficia conferenda in Ecclesiis regularibus.
676. Quid possit Episcopus circa beneficia conferenda suis consanguineis.
677. Quid possit Episcopus circa beneficia litigiosa conferenda.
678. Quae sit potestas Episcopi circa conferenda beneficia sede Papali vacante, aut etiam sede papali adhuc plena vacante, de quibus tamen Papa in vivis necdum disposuit.
679. An Episcopus habens coadjutorem conferre possit beneficia.
680. An Episcopus possit alteri concedere facultatem conferendi beneficia.

## PARAGRAPHVS IV.

## QVARTVS.

De potestate Vicarii Episcopi quod ad conferenda beneficia.

681. **Q**uotplex sit Vicarius Episcopi, & qualem jurisdictionem habeat.
682. An Vicarius generalis ratione sui vica-

riatus habeat potestatem conferendi beneficia.

683. An Vicario, & quali specialiter concedi possit, & soleat collatio beneficiorum.
684. Vnde illud mandatum dicatur speciale, & in quo sensu dicatur generale.
685. An haec potestas conferendi beneficia censeatur collata per clausulum generalem, qua Vicario concedit Episcopus facultatem administrandi omnia, sicut ipse habet.
686. An haec potestas collata censeatur per clausulam generalem, qua Episcopus concederet Vicario, ut omnia loco sui prestare possit, tamen si ea sint, quae speciale mandatum requirant.
687. An, & qualiter haec potestas conferendi beneficia arguatur concessa ex data Vicario facultate admittendi resignationes.
688. An ex eo, quod Vicario data sit potestas destruendi, arguatur ei concessam potestatem conferendi.
689. An, postquam Episcopus specialiter commisit Vicario suo collationem beneficiorum, ligaverit sibi manus ad conferendum.
690. Dum data Vicario facultas generalis conferendi omnia beneficia, quae ad Episcopum pertinent, ad quae beneficia se illa facultas extendat.
691. An Episcopus Vicario committere possit potestatem conferendi certum beneficium antequam vacet.
692. An Vicarius concessam sibi facultatem exercere possit, & conferre extra diocesim.
693. An Vicarius habens ab Episcopo facultatem conferendi beneficia, possit ipsi Episcopo conferre beneficium.
694. An substitutus a Vicario possit Vicario conferre beneficium.
695. An, & qualiter valeat collatio facta a Vicario post ejus revocationem.

## PARAGRAPHVS

## QVINTVS.

De potestate capituli tam sede plena, quam vacante, ejusque Vicario ad conferenda beneficia.

696. **A**n, & qualiter beneficiorum tam existentium in ipsa cathedrali, quam extra illam collatio competere possit, & de



- facto competat capitulo cathedrali sede Episcopali plena.
697. *An, & qualiter supposito & illaso hoc jure simultanea collationis, ea fieri nihilominus possit per unum, puta, per solum Episcopum, vel solum capitulum.*
698. *Quantum valeat suffragium Episcopi & Capituli, dum supposito jure simultaneè conferendi, ex statuto aut jure alio singulari providendum est conjunctim.*
699. *Dum controversatur, seu agitur de acquirendo jure conferendi ipsi capitulo privative ad Episcopum, vel e contra, cui standum.*
700. *An, & qualiter, dum ab initio de jure communi fuit simultanea collatio Episcopi & Capituli, potestas conferendi postmodum in alterutro eorum solidari possit.*
701. *An, si sub certa lege inita concordia, v. g. ut Episcopus certo generi personarum provideat, haec lex servanda, ita ut aliàs collatio facta alteri sit nulla.*
702. *An, dum Capitulum talem collationem factam ab Episcopo contra legem seu pactum illud non impugnat, ea sit & remaneat in statu validitatis.*
703. *An, supposita ab initio simultaneè, collatio facta in vim dictae concordiae ab Episcopo, non adhibito consilio capituli, solito adhiberi prius ante dictam concordiam, sit nulla.*
704. *Dum Episcopus & Capitulum se invicem in ea collatione protrudunt, singuli pretendendo liberam collationem, & neuter simultaneam, & questio vertitur super maintenance, quid considerandum.*
705. *Quid potestatis habeat capitulum circa conferendos canonicatus doctores vel magistrales, quibus annexum est onus lectionis, vel aliud.*
706. *An, supposito jure simultaneè conferendi, capitulum conferre possit in absentia Episcopi, illo non expectato.*
707. *Cum sepe ex consuetudine collatio prebendarum ac dignitatum Ecclesie cathedralis, & collegiarum spectet ad solum Episcopum, vel solum capitulum, qualis haec debeat esse consuetudo.*
708. *Quam potestatem habeat capitulum sede vacante in collatione beneficiorum.*
709. *An beneficiorum sede Episcopali vacante vacantium, & pertinentium aliàs ad liberam collationem Episcopi, collatio reserveatur successori Episcopo.*
710. *An saltem transeant ad Capitulum sede vacante provisiones omnes necessariae, ac imprimis collationes beneficiorum, qua fieri debent certi generis personis, v. g. graduatis, nominatis, primogenitis.*
711. *Quid sit circa collationem parochialium beneficiorum, seclusè eorum reservatione.*
712. *Quid possit Capitulum sede vacante circa collationem beneficiorum, quorum collatio devoluta, seu jure devoluto spectat ad Episcopum.*
713. *Quid possit circa beneficia resignata permutationis gratià, dum ea aliàs spectant ad collationem solius Episcopi.*
714. *Quid sit circa beneficia resignata spectantia ad collationem solius Episcopi.*
715. *Quid potestatis circa collationem beneficiorum habeat Vicarius Capituli sede vacante.*
716. *An, & qualiter, dum provisio libera beneficiorum spectat ad Capitulum privative, sive sede plena, sive sede vacante, vocandi sint Capitulares, etiam absentes, ad faciendam collationem beneficiorum.*

PARAGRAPHVS  
SEXTVS.

De collatoribus ceteris inferioribus, puta Collegiis, Monasteriis, Universitatibus, Prælatibus, Regibus, aliisque laicis, de existentibus in possessione conferendi; ubi de sequestro, conductore, excommunicato.

717. *An, & qualiter competat Ecclesie collegiatis jus conferendi beneficia eorum.*
718. *An, & qualiter Ecclesie regularibus & monasteriis, vel etiam aliis collegiis seu corporibus ecclesiasticis competat jus conferendi beneficia, praesertim Ecclesiarum sibi unitarum.*
719. *An, & quid speciale sit hac in parte circa monasteria monialium.*
720. *Quid possint Abbates & Prælati inferiores circa beneficiorum provisiones.*
721. *Quid possint Abbatissae & Priorissae.*
722. *Quid sit hac in parte circa Canonissas.*
723. *Quid potestatis habeat Archidiaconus circa conferenda beneficia.*
724. *Qualiter jus conferendi competens corpori universali, aliis impeditis, seu gerentibus se invalide, exerceri possit per non impeditos.*
725. *An, & qualiter Prælatus putativus, seu reputatus à populo pro vero, habeat potestatem beneficia conferendi.*
726. *An, & qualiter laicis merè talibus competere possit jus conferendi beneficia.*
727. *An sequester & conductor habeat jus conferendi.*
728. *An, & qualiter excommunicatus possit conferre.*



## Syllabus Quaestionum.

729. An, & qualiter potestas conferendi sit penes possessorem carentem proprietate juris conferendi, si que valide conferat.
730. Quid si provisio a tali possessore objiciatur resistens iuris, per quam ille redditus sit inhabilis ipsius possessionis conferendi.
731. Qualiter illa possessio legitima conferendi acquiratur.
732. Quid requiratur, ut per unicum actum acquiratur illa possessio in ordine ad effectum valide collationis, presentationis, &c.
733. An possessio acquisita per unicum actum respectu unius beneficii suffragetur etiam respectu ceterorum beneficiorum.
734. An valide conferre possit proprietarius iuris conferendi, qui non est in possessione, dum nemo alius est in possessione.
735. Qualiter probetur pertinentia iuris conferendi.
736. An, & qualiter praeservetur collatori jus conferendi, dum beneficium spectans ad eius collationem applicatur erectioni, seu in dotationem alterius beneficii.

### PARAGRAPHVS VII.

De collatoribus, ad quos iure devoluto spectat collatio.

737. Quid sit devolutio.
738. Cur inducta devolutio.
739. Ob quid contingat devolutio.
740. An, & qualiter in ordine ad devolutionem probanda sit scientia negligentis conferre.
741. Qualiter impeditur devolutio, stante scientia vacationis, & impedimentum probandum.
742. A quo tempore fiat devolutio.
743. An devolutio immutat naturam seu statum beneficii.
744. Quis sit effectus devolutionis.
745. Ad quos, & qualiter fiat devolutio.
746. An, dum is, ad quem facta devolutio, hoc iure devoluto conferat indigno seu inhabili, devolvatur collatio ad eius Superiorem; an vero revertatur ad primum collatorem.
747. Quo iure Ordinarius conferat beneficia ex negligentia inferioris ad se devoluta.
748. An is, ad quem facta devolutio, possit etiam mittere in possessionem.
749. An, si Cardinalis Episcopus collator Ordinarius non contulit intra 6. menses beneficium, quod vacavit in mense alias apostolico, ad quem fiat devolutio.
750. Ad quem fiat devolutio à legato de late-re.
751. Ad quem fiat devolutio, dum capitulum & Episcopus circa simultaneam collationis exercitium sunt discordes, & intra semestre non concordarunt.

752. Ad quem fiat devolutio, dum Episcopus conferre non potest ob suspensionem ab officio, vel excommunicationem.
753. An, si Vicarius Episcopi beneficium contulit indigno, fiat devolutio ad Metropolitanum.
754. In quibus beneficiis locum habeat devolutio.
755. Quando is, ad quem facta devolutio, conferre debeat.
756. An is, ad quem facta devolutio, possit inferiori collatori concedere facultatem conferendi illud beneficium, etiam post 6. menses elapsos.
757. An, dum Prælatus confert iure devoluto, necesse sit intervenire consensum vel consilium capituli.
758. Qualiter beneficium devolutum impetretur & provideatur à Papa.

### CAPVT TERTIVM.

De personis, quibus conferenda beneficia, & de ipso collationis actu, ejusdemque acceptance.

#### PARAGRAPHVS I.

De conferendis beneficiis personis designatis, habilibus in genere, & in specie de Episcopis.

759. An, & qualiter inhabilis possit petere & acceptare beneficium, & an teneatur occultum suum defectum manifestare.
760. Qualiter, dum quis inhabilis, adeoque provisos invalide, jus eius convalescat post dispensationem.
761. An provisos tempore provisionis laborans defectu, quem sperat brevi post tempore se sublaturum, dum nemo se ei opponit, interim in foro conscientia tutus esse possit, ita ut tituli revalidatione aut dispensatione non egeat.
762. An, si beneficium conferatur aliis à designatis, teneat collatio.
763. An, si Episcopus contulit incapaci, possit iterato conferre.
764. Quanam sint pena indignis conferentium.
765. An Episcopo conferri possit beneficium.
766. An beneficium resignatum conferri possit consanguineis, affinibus, familiaribus collatorum & resignantium.

#### PARAGRAPHVS II.

De collationis legitimæ conditionibus.

767. Quid sit distinctio inter ea, quæ ut forma, & quæ ut conditiones requirantur ad collationem.

768. Quæ



Syllabus Quaestionum.

768. *Quae sint conditiones collationis legitimae.*  
 769. *An, & qualiter collatio fieri possit conditionate, & quasi paciscendo.*  
 770. *An illicite, vel etiam invalide à collatore in collatione beneficii à collatario exigatur iuramentum, v. g. de residendo, de non resignando beneficio in favorem, &c.*  
 771. *An, & qualiter provisio pura extinguat conditionatam.*  
 772. *An, & qualiter provisio beneficii debeat esse certa, & non vaga aut dubia.*  
 773. *An, & qualiter necesse sit collationem fieri palam.*  
 774. *An, & qualiter collatio fieri possit pro determinato tempore.*  
 775. *An, & qualiter collatio debeat fieri liberè.*  
 776. *An, & qualiter collatio fieri debeat sine diminutione.*  
 777. *An, & qualiter collatio fieri debeat gratis.*

PARAGRAPHVS III.

De modo, quo fieri debet collatio.

778. *An, & qualiter necesse sit praemittere examen collationi.*  
 779. *An, & qualiter facienda collatio, vel etiam alius actus cum consilio alterius.*  
 780. *An, & qualiter collatio (idem est de quocunque alio actu) facienda cum consensu alterius.*  
 781. *Qualiter collatio facienda cum interven- tu aliorum.*  
 782. *Qualiter collatio facienda de scientia vel conscientia alterius.*  
 783. *Qualiter collatio facienda ad supplicationem alterius.*  
 784. *An, & qualiter, dum collatio spectat ad capitulum & Episcopum simul, vel etiam ad duos alios, fieri possit ab uno sine altero.*  
 785. *An collatio egeat certâ verborum formâ.*  
 786. *An collatio egeat literis.*

PARAGRAPHVS IV.

De tempore, quo facienda collatio.

787. *An, & qualiter ante vacationem conferri possit beneficium.*  
 788. *An saltem collator, v. g. Episcopus, possit alicui, antequam vacet beneficium, delegare potestatem illud conferendi.*  
 789. *Intra quod tempus facienda collatio.*  
 790. *An cessante impedimento, rursus aliud semestre integrum indulgendum sit, vel intra residuum primi semestris, aut etiam mox à cessante post evolutum jam totum semestre primum impedimento facienda provisio.*  
 791. *An, & qualiter collatio facta post semestre sit irrita, & tamen tolerata convalescat.*  
 792. *An, & qualiter collatio facta retrahatur ad diem vacationis, ut fructus debeantur provisio.*

793. *An, & qualiter collator conferre possit tempore litis pendentis.*

PARAGRAPHVS V.

De acceptatione collationis.

794. *An, & qualiter ad perfectionem collationis pertineat acceptatio.*  
 795. *Vnde inducatur & presumatur acceptatio.*  
 796. *An, & qualiter valeat acceptatio beneficii, si quis primò collationi dissentiens, eam tamen postea acceptet.*  
 797. *An, & qualiter acceptatio beneficii fieri possit per procuratorem.*

CAPVT QVARTVM.

De possessione beneficiorum.

PARAGRAPHVS I.

De modo ac tempore capiendi seu acquirendi, & amittendi possessionem beneficii.

798. *An post institutionem, & acceptatam legitime collationem possit statim adiri & capi à beneficiario possessio auctoritate propria, absque officio iudicis, & sine ministerio executoris.*  
 799. *An, & quid hac in parte sit speciale circa resignatarium, an & qualiter is capere possit aut debeat possessionem.*  
 800. *Quomodo acquiratur possessio beneficii per collationem; vel si non, quid huic superaddatur per possessionem.*  
 801. *An, & qualiter acquiratur possessio per investituram.*  
 802. *An, & qualiter acquiratur possessio per installationem & inthronizationem.*  
 803. *An per hoc, quod electus vi cap. nihil. de elect. ante confirmationem administret, censetur acquisivisse possessionem pralaturae.*  
 804. *Qualiter capiatur possessio corporali inductione, seu traditione beneficii.*  
 805. *An, & qualiter captâ possessione bonorum Ecclesiae seu beneficii habentis Ecclesiam, vel altare, censetur captâ possessio beneficii.*  
 806. *An captâ possessione beneficii censetur apprehensa possessio bonorum spectantium ad beneficium.*  
 807. *An captâ possessione beneficii, cui facta est unio, censetur etiam captâ possessio beneficii uniti.*  
 808. *An, & quando possessio in cathedralibus aut collegiatis debeat apprehendi aut tradi capitulariter.*  
 809. *An, & qualiter traditio possessionis fieri non debeat nisi vocato possessore.*  
 810. *An, & qualiter possessio beneficii capi possit per procuratorem.*



Syllabus Questionum:

811. An, & qualiter capi possit possessio lite vel appellatione pendente.  
 812. An, & qualiter possessio capi nequeat ante expeditas literas apostolicas.  
 813. An, & qualiter per subrogationem ad possessionem ea continuetur, aut transferatur in subrogatum.  
 814. An, & qualiter possessio, qua continuatur, seu continuanda foret, per occupationem naturalis possessionis impediatur.  
 815. Dum in literis apostolicis decernitur provisio possessio, est autem contradictor, ita ut necesse sit promovere actionem hanc de possessorio adipiscenda, quid faciendum subrogato.  
 816. An, & qualiter possessio in beneficalibus exigat titulum, & ad hunc ostendendum cogi possit possessor, & quid compulsus respondere aut justificare teneatur.  
 817. Cuius sit mittere in corporalem beneficiorum possessionem collatarios seu institutos.  
 818. Intra quod tempus capi debeat possessio.  
 819. Qualiter probanda sit possessio eiusque titulus, precipue ut spoliatus restituatur.  
 820. An dum agitur de solo possessorio in beneficalibus, quarendum sit quoque de iustitia vel iniustitia negotii principalis.  
 821. Qualiter amittatur possessio beneficii.

PARAGRAPHVS II.

De virtute & beneficio possessionis in beneficalibus.

822. **A**N, & quando possessio habeat vim collationis.  
 823. An, & qualiter possessio inferat titulum.  
 824. An, & qualiter possessio inferat presumptionem continuationis possessionis.  
 825. An, & qualiter possessio inferat presumptionem anterioris possessionis.  
 826. Qualiter, quod data paritate datarum respectu diei in provisionibus, provisos ab Ordinario obtinens possessionem preferendus sit proviso a Papa, subsistat cum clausula apponi solita in gratia, quod provisos subrogetur gratiose quod ad possessionem defuncti in eius locum, &c.  
 827. An, & qualiter possessio non tantum generet presumptionem tituli, sed etiam det verum titulum.  
 828. Quenam sint commoda in specie possessionis annalis.  
 829. Que servanda in expressione punctorum illorum exprimendorum vi regule de annali.  
 830. An etiam in impetratione facta ab Ordinario aut legato apostolico necesse sit exprimere illas condiciones.  
 831. Quid prestandum reo seu possessori, contra quam movetur actio, ut juvetur hac regula.

832. Quid prestandum actori, ut juvetur hac regula, & excludat exceptionem.  
 833. Unde, & qualiter hac annalitas sit deducenda.  
 834. Qua dicatur possessio annalis pacifica in ordine ad effectum regule de annali.  
 835. Qualiter iste annus pacifica possessionis spectetur, & integretur ex possessione plurium successivè.  
 836. An gratiosa illa subrogatio, de qua supra, operetur continuationem illam possessionis in ordine ad complendam annalem pacificam.  
 837. An exceptio huius regule seu annalis pacifica possessio prioris possessoris, & in specie resignantis, suffragetur successorì, & in specie resignatario.  
 838. An, si quis pacifice possedit beneficium per II. menses, & tunc illud resignet, & antequam resignatarius capiat possessionem, labatur mensis, & sic compleatur annus, an in hoc casu regule de annali obstat impetranti.  
 839. An, si resignans post resignationem manserit in pacifica possessione, possit se tueri hac regula contra impetrantem obtinentem dictum beneficium per obitum resignatarii.  
 840. An, & qualiter hac regula defendat possessores alias inhabiles, vel etiam carentes omni titulo.  
 841. An suffragetur hac regula possessori, ut is uti possit exceptione huius regule, etiam in quacunque instantia contra impetrantem ignorantem, aliquem esse annalem possessorem.  
 842. An suffragetur hac regula possessori non percipienti fructus.  
 843. Qua quò ad effectum regule de annali veniant nomine beneficii.  
 844. Ad quid per verba illa regule: & infra 6. menses ipsum possessorem ad iudicium evocare facere, &c. obligetur impetrans.  
 845. An obtinens gratiam motus proprii teneatur servare hanc regulam.  
 846. Qualiter impetrans offendens in secundam partem regule de annali incurrat penam in hac regula statutam.  
 847. An, & qualiter regule de annali solet derogari.  
 848. Quod contineat regule de triennali possessione.  
 849. Qua sit potissima vis regule de triennali.  
 850. An regule de triennali obstat tam in petitorio, quam possessorio.  
 851. Qualiter vi huius regule extinguantur lites antiquæ.  
 852. Quid requiratur ut possessio dicatur pacifica ad effectum huius regule.  
 853. An, & qualiter exigatur titulus ad effectum huius regule.  
 854. Qualiter ex possessione triennali presumatur titulus, factaque dispensatio, & publicatio resignationis.



Syllabus Quaestionum.

855. An si possessor triennio pacifice possedit, & reputabatur beneficiatus, & in possessione, cessit vel decessit, successor ejus non teneatur amplius justificare titulum.
856. An si quis resignavit, & post resignationem mansit in possessione, illamque continuavit per 10, vel etiam 5. annos, presumatur exinde in resignante retrocessio & novus titulus acquisitus, ac per consequens juvari possit illa possessione.
857. An ad effectum hujus regulae requiratur bona fides in possessore.
858. An regula hac defendat possessorem, etiam quò ad proprietatem beneficii.
859. An hac regula defendat possessorem super possessione, qui in spolio conuenitur.
860. An, & qualiter hac regula defendat possessores triennales pacificos aliàs inhabiles habendi beneficii.
861. Qua in ordine ad effectum hujus regulae de triennali veniant nomine beneficii.
862. Quinam ad effectum hujus regulae censentur intrusi.
863. Quinam simoniaci excludantur à beneficio hujus regulae.
864. An soleat huic regulae de triennali derogari.

